



CAPITOLO 1 __PAG. 282

Apuleio
Berchorius
Cicerone
Curzio Rufo
Floro
Iginio
Servio
Tacito

CAPITOLO 2 __PAG. 296

Catone
Epitaffi
Fedro
Gellio
Seneca
Sulpicio Severo
Tacito
Valerio Massimo
Vangelo Secondo Giovanni
Vangelo Secondo Matteo

CAPITOLO 3 __PAG. 306

Cesare
Cicerone
Curzio Rufo
Eutropio
Gellio
Livio
Petronio
Plinio Il Giovane
Sallustio
Seneca
Svetonio
Tacito
Valerio Massimo
Vangelo Secondo Giovanni

CAPITOLO 4 __PAG. 319

Cesare
Curzio Rufo
Eutropio
Vegezio
Velleio Patercolo

CAPITOLO 5 __PAG. 332

Cesare
Cicerone
Curzio Rufo
Eutropio
Livio
Nepote
Tacito

1

GLI DEI
PROVEDONO
AGLI UOMINI?

CICERONE

Pronomi relativi, dimostrativi, determinativi; proposizioni relative improprie, ipotetiche, interrogative indirette; perifrastica passiva, ablativo assoluto

Sunt enim philosophi et fuerunt, **qui** omnino nullam habere **censerent** rerum humanarum procurationem deos. **Quorum** si vera sententia est, quae potest esse pietas, quae sanctitas, quae religio? Haec enim omnia **pure atque caste tribuenda** deorum numini ita **sunt**, si animadvertuntur ab iis et si est aliquid a deis immortalibus hominum generi tributum; sin autem dei neque possunt nos iuvare nec volunt nec omnino curant **nec, quid agamus, animadvertunt** nec est, quod ab iis ad hominum vitam permanere possit, **quid est, quod** ullos deis immortalibus cultus, honores, preces **adhibeamus**? In specie autem fictae simulationis sicut reliquae virtutes item pietas inesse non potest; cum qua simul sanctitatem et religionem tolli necesse est, quibus sublatis perturbatio vitae sequitur et magna confusio; atque haut scio, an pietate adversus deos sublata fides etiam et societas generis humani et **una** excellentissima virtus iustitia **tollatur**.

VERSIONE GUIDATA

qui ... censerent: si tratta di una proposizione relativa resa con il congiuntivo caratterizzante («vi sono alcuni che...»);
Quorum: è un nesso relativo, che equivale al sintagma *et eorum*;
pure atque caste: la congiunzione *atque* serve a unire strettamente i due avverbi in una endiadi; puoi tradurre, invece che con due avverbi molto simili, con un avverbio rafforzato;
tribuenda sunt: struttura sintattica della perifrastica passiva che equivale a *debent tribui*;
nec, quid agamus, animadvertunt: la proposizio-

ne interrogativa indiretta *quid agamus* è inserita all'interno della sua reggente;
animadvertunt: verbo composto che, sciolto nelle sue parti, vale *animum vertere ad*, propriamente «volgere la propria attenzione a»;
quid est, quod ... adhibeamus: l'espressione vale *qua ratione adhibeamus...*
una: attenzione, è un avverbio;
tollatur: il verbo è al singolare, anche se si riferisce a tre soggetti, poiché è concordato soltanto con l'ultimo di essi.

2

SEMELE

IGINO

Pronomi determinativi, personali, nesso relativo; proposizioni temporali, relative, complete, finali, interrogative indirette; ablativo assoluto; gerundivo

Cadmus Agenoris et Argiopes filius ex Harmonia Martis et Veneris filia procreavit filias quattuor, Semelen Ino Agaven Autonoen, et Polydorum filium. Iovis cum Semele voluit **concupere**; **quod** Iuno **cum** resciiit, specie immutata in Beroen nutricem ad eam venit et persuasit, ut **peteret ab** Iove, ut **eodem modo** ad se **quomodo** ad Iunonem veniret, «ut intellegas», inquit, «quae sit voluptas cum deo concupere.» Itaque Semele petiit ab Iove, ut ita veniret ad se. Qua re impetrata Iovis cum fulmine et tonitribus venit et Semele conflagravit. Ex utero eius Liber est natus, **quem** Mercurius ab igne **ereptum** Nysa **dedit educandum**, et Graece Dionysus est appellatus.

EQUIVALENZE	concupere: <i>iacere</i>
SINTASSI	quod ... cum resciiit: <i>et cum resciiit hoc</i> dedit educandum: <i>dedit (eum) ut educarent</i> (il sogg. sott. è Nysus)
MORFOLOGIA	peteret ab Iove: <i>petere aliquid ab aliquo</i> eodem modo ... quomodo: <i>eodem modo quo</i>

●●○ PRODIGI DI BACCO FANCIULLO E ORIGINE DEI TIRRENI

IGINO

Pronomi determinativi, dimostrativi, riflessivi, indefiniti, nesso relativo; numerali; proposizioni relative, complete, temporali; cum + congiuntivo; participi

Tyrrheni, qui postea Tusci sunt dicti, cum piraticam facerent, Liber pater impubis in navem eorum conscendit et rogat eos, ut se Naxum deferrent, qui cum eum sustulissent atque vellent ob formam constuprare, Acoetes gubernator eos inhiuit, qui iniuriam ab eis passus est. Liber ut vidit in proposito eos permanere, remos in thyrsos commutavit, vela in pampinos, rudentes in hederam; deinde leones atque pantherae prosiluerunt. Qui ut viderunt, timentes in mare se praecipitaverunt; quos et in mari in aliud monstrum transfiguravit; nam quisquis se praecipitaverat, in delphini effigiem transfiguratus est; unde delphini Tyrrheni sunt appellati et mare Tyrrhenum est dictum. Numero autem fuerunt duodecim his nominibus, Aethalides Medon Lycabas Libys Opheltes Melas Alcimedon Epopeus Dictys Simon Acoetes; hic gubernator fuit, quem ob clementiam Liber servavit.

●●○ PROSERPINA E CERERE I

IGINO

Pronomi determinativi, dimostrativi, nesso relativo; verba iubendi; proposizioni complete, relative, infinitive; cum + congiuntivo; participio presente, futuro

Pluton **petit** ab Iove Proserpinam filiam eius et Cereris in coniugium **daret**. Iovis negavit Cererem **passuram**, ut filia sua in Tartaro tenebricoso **sit**, sed iubet eum rapere eam flores **legentem** in monte Aetna, qui est in Sicilia. **In quo** Proserpina **dum** flores cum Venere et Diana et Minerva **legit**, Pluton quadrigis venit et eam rapuit; **quod** **postea** Ceres ab Iove impetravit, ut dimidia parte anni apud se, dimidia apud Plutonem esset. Cum Ceres Proserpinam filiam suam quaereret, devenit ad Eleusinum regem, cuius uxor Cothonea puerum Triptoleum **pepererat**, seque nutricem lactantem simulavit. Hanc regina libens nutricem filio suo recepit. Ceres cum vellet alumnum suum immortalem reddere, interdum lacte divino alebat, noctu clam in igne **obruebat**.

SINTASSI	petit ... daret: <i>petivit ut daret</i> passuram ut filia ... sit: <i>passuram esse filiam... esse</i> legentem: <i>dum legit</i> in quo: <i>et in eo (monte)</i> dum ... legit: <i>dum + indicativo presente</i>
EQUIVALENZE	quod postea: <i>post id factum</i>
MORFOLOGIA	pepererit: perfetto raddoppiato da <i>pario</i>
LESSICO	obruebat: <i>abscondebat</i>

●●○ PROSERPINA E CERERE II

IGINO

Itaque praeterquam solebant mortales crescebat; et sic fieri cum mirarentur parentes, eam observaverunt. Cum Ceres eum vellet in ignem mittere, pater expavit. Illa irata Eleusinum exanimavit, at Triptolemo alumno suo aeternum beneficium tribuit. Nam fruges propagatum currum draconibus iunctum tradidit, quibus vehens orbem terrarum

Pronomi determinativi, dimostrativi; verba iubendi, fio; proposizioni temporali, relative, infinitive; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; participio presente

6

DITE RAPISCÉ PROSERPINA I

CICERONE

Pronomi determinativi, indefiniti, dimostrativi; nesso relativo; superlativi; videor, fero, verba dicendi; proposizioni relative, infinitive, causali, consecutive, ipotetiche; participio congiuntivo

RIFLETTIAMO SUL TESTO

est loco perexcelso atque edito: l'espressione si riferisce al soggetto *Henna*, ed è priva della preposizione *in* davanti all'ablativo *loco*; come si giustifica questa mancanza? *Perexcelso atque edito* è una endiadi che sarebbe meglio non tradurre con due aggettivi analoghi. In che modo la traduci?

quo in summo: *in cuius cacumine*;

circumcisa: devi tradurre questo participio perfetto partendo dal valore etimologico del verbo *circum-cido*, composto di *circum* + *caedo*;

directa: attenzione ai "falsi amici": cerca sul vocabolario il significato della parola più adeguato al contesto in cui è collocata;

quam circa: l'anastrofe (inversione) dei due termi-

frugibus obsevit. Postquam domum rediit, Celeus eum pro benefacto interfici iussit. Sed re cognita iussu Cereris Triptolemo regnum dedit, quod ex patris nomine Eleusinum nominavit, Cererique sacrum instituit, quae Thesmophoria Graece dicuntur.

Henna autem, ubi ea quae dico gesta esse memorantur, est loco perexcelso atque edito, quo in summo est aequata agri planities et aquae perennes, tota vero ab omni aditu circumcisa atque directa est; quam circa lacus lucique sunt plurimi atque laetissimi flores omni tempore anni, locus ut ipse raptum illum virginis, quem iam a pueris accepimus, declarare videatur. Etenim prope est spelunca quaedam conversa ad aquilonem infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse et subito non longe a Syracusis penetrasse sub terras, lacumque in eo loco repente exstitisse, ubi usque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniversarios agunt celeberrimo virorum mulierumque conventu.

ni consente l'uso del nesso relativo; a quale altra espressione equivale il sintagma?

locus ut ... videatur: attenzione al valore di *ut*; lo puoi riconoscere con più facilità se sottintendi *talīs* riferito a *locus*;

accepimus: a volte il verbo *accipere* ha il significato di *discere*;

abreptamque ... virginem ... asportasse: ricorda che il participio congiunto può essere svolto in una proposizione coordinata a quella da cui dipende, quindi: *abripuisse et asportasse virginem*.

asportasse ... penetrasse: quale fenomeno fonetico si è verificato in queste forme verbali, equivalenti di *asportavisse* e *penetravisse*?

7

DITE RAPISCÉ PROSERPINA II

CICERONE

Pronomi determinativi, indefiniti, dimostrativi; nesso relativo; superlativi; videor, fero, verba dicendi; proposizioni relative, infinitive, causali, consecutive, ipotetiche; participio congiuntivo

Propter huius opinionis vetustatem, quod horum in his locis vestigia ac prope incunabula reperiuntur deorum, mira quaedam tota Sicilia privatim ac publice religio est Cereris Hennensis. Etenim multa saepe prodigia vim eius numenque declarant; multis saepe in difficillimis rebus praesens auxilium eius oblatum est, ut haec insula ab ea non solum diligi sed etiam incolī custodiri que videatur. Nec solum Siculi, verum etiam ceterae gentes nationesque Hennensem Cererem maxime colunt. Etenim si Atheniensium sacra summa cupiditate expetuntur, ad quos Ceres in illo errore venisse dicitur frugesque attulisse, quantam esse religionem convenit eorum apud quos eam natam esse et fruges invenisse constat?

quod: fra i numerosi valori che *quod* può assumere, qual è quello corretto in questo contesto?

religio ... numen: fai attenzione a rendere la traduzione di questi due termini nel modo più opportuno;

ut ... videatur: di che proposizione si tratta, finale o consecutiva?

errore: attenzione alla duplice accezione di *error* ed *errare* e scegli quella più adatta al contesto (l'altra è sbagliata!).

convenit ... constat: di che tipo di verbi si tratta? quali strutture sintattiche reggono?

8

●●○ L'ESERCITO DI ALESSANDRO ATTRAVERSA IL CAUCASO, RICORDANDO IL SACRIFICIO DI PROMETEO

CURZIO RUFO

*Pronomi riflessivi,
indefiniti, determinativi,
dimostrativi; numerali;
proposizioni relative,
infinitive; gerundivo*

Inde agmen processit ad Caucasum montem, cuius dorsum Asiam perpetuo iugo dividit. Hinc simul mare quod Ciliciam subit, illinc Caspium fretum et amnem Araxen aliaque regionis Scythiae deserta spectat. Taurus, secundae magnitudinis mons, committitur Caucaso; a Cappadocia se attollens Ciliciam praeterit, Armeniaeque montibus iungitur. Sic inter se iuga velut serie cohaerentia perpetuum habent dorsum, ex quo Asiae omnia fere flumina, alia in Rubrum, alia in Caspium mare, alia in Hyrcanium et Ponticum decidunt. XVII dierum spatio Caucasum superavit exercitus. Rupes in eo X in circuitu stadia complectitur, IIII in altitudinem excedit, in qua vinctum Promethea fuisse antiquitas tradidit. Condendae in radicibus montis urbi sedes electa est. VII milibus seniorum Macedonum et praeterea militibus, quorum opera uti desisset, permissum in novam urbem considerare. Hanc quoque Alexandream incolae appellaverunt.

9

●●○ PARIDE ALESSANDRO DA IGINO

*Pronomi determinativi,
nesso relativo;
proposizioni infinitive,
consecutive, completive,
interrogative indirette,
temporali; cum +
congiuntivo; participio
presente, gerundivo*

Priamus Laomedontis filius **cum** complures liberos **haberet** ex concubitu Hecubae, Cissei sive Dymantis filiae, uxor eius praegnans in quiete vidit se facem ardentem parere, ex qua serpentes plurimos **exissent**. Id visum omnibus coniectionibus **cum narratum esset**, imperant ut, **quicquid pareret**, necaret, ne id patriae exitio **foret**. Postquam Hecuba peperit Alexandrum, is datur interficiendus, quem satellites misericordia exposuerunt; eum pastores pro suo filio **educarunt** eumque Parim nominaverunt. Is cum ad puberem aetatem pervenisset, habuit taurum in deliciis; **quo** cum satellites missi a Priamo venissent, ut taurum aliquis adduceret, **qui** in athlo funebri, quod ei fiebat, **poneretur**, coeperunt Paridis taurum abducere. Qui persecutus est eos et inquisivit, **quo eum ducerent**; illi indicant se eum ad Priamum adducere ei, **qui vicisset** ludis funebribus Alexandri. Ille amore incensus tauri sui descendit in certamen et omnia vicit, fratres quoque suos superavit. Indignans Deiphobus gladium **ad eum strinxit**; at ille in aram Iovis Hercei insiuit; sed cum Cassandra vaticinaretur eum fratrem esse, Priamus eum **agnovit regiaeque recepit**.

cum ... haberet: attenzione all'ordine delle parole; qual è il soggetto di questo verbo e dove lo devi collocare nella traduzione in italiano?

exissent: traduci come se fosse *exierant*; ma perché il latino esprime questa parte del racconto con il congiuntivo?

cum narratum esset: si tratta di una narrativa con il verbo impersonale, oppure il soggetto è espresso?

quicquid pareret: di che tipo di proposizione si tratta? e da che verbo è retta?

foret: a quale forma del congiuntivo di *esse* equivale?

educarunt: è forma sincopata da *educo*; qual è la forma completa?

quo: si tratta di un nesso relativo o di un avverbio di luogo?

qui ... poneretur: perché questa proposizione relativa ha il verbo al congiuntivo?

quo eum ducerent: di che tipo di proposizione su-

bordinata si tratta e come fai a distinguerla da una relativa? Che valore ha in questo caso *quo*?

ei (fiebat) [...] (addurerent) ei: il dativo *ei* presente nelle due frasi quale funzione logica esprime? Si tratta della medesima funzione o questa è diversa nei due casi?

qui vicisset: anche questa è una proposizione relativa al congiuntivo, il cui valore è però diverso da quello della relativa al congiuntivo precedente (*qui... poneretur*). Come la si deve tradurre?

ad eum strinxit: la funzione di *ad* è determinata dal significato del verbo *strinxit*;

agnovit: il verbo è composto da *ad + nosco, -is, novi, notum, -ere*, che significa "conoscere". Quale sarà però il significato di questo *agnosco*? (fatti guidare anche dal contesto).

regid receipt: ricorda che il verbo *recipere* (normalmente accompagnato da *in + Acc.*) quando significa "ricevere, accogliere", non si costruisce con l'ablativo con nomi quali *regia, tectum, fines*.

10

IL GIUDIZIO DI PARIDE

DA IGINO

Pronomi determinativi, nesso relativo; comparativi e superlativi; verba dicendi e imperandi; proposizioni relative, complete, infinitive; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; periodo ipotetico

Iovis cum Thetis Peleo nuberet, ad epulum dicitur omnes deos convocasse excepta Eride, id est Discordia, quae cum postea supervenisset nec admitteretur ad epulum, ab ianua misit in medium malum, quod, quae esset formosissima, attolleret. Iuno, Venus, Minerva formam sibi vindicare coeperunt, inter quas magna discordia orta est. Iovis imperat Mercurio, ut deducat eas in Ida monte ad Alexandrum Paridem eumque iubeat iudicare. Cui Iuno, si secundum se iudicasset, pollicita est in omnibus terris eum regnaturum esse, divitem praeter ceteros praestaturum; Minerva, si inde victrix discederet, fortissimum inter mortales futurum et omni artificio scium; Venus autem Helenam Tyndarei filiam formosissimam omnium mulierum se in coniugium dare promisit. Paris donum posterius prioribus anteposuit Veneremque pulcherrimam esse iudicavit; ob id Iuno et Minerva Troianis fuerunt infestae. Alexander Veneris impulsu Helenam a Lacedaemone ab hospite Menelao Troiam abduxit eamque in coniugio habuit cum ancillis duabus Aethra et Thisadie, quas Castor et Pollux captivas ei assignaverant, aliquando reginas.

11

PRIMA DELLA GUERRA DI TROIA: ULISSE

IGINO

Agamemnon et Menelaus Atrei filii cum ad Troiam oppugnandam coniuratos duces ducerent, in insulam Ithacam ad Ulixem Laertis filium venerunt, cui erat responsum, si ad Troiam isset, post vicesimum annum solum sociis perditis egentem domum rediturum. Itaque cum sciret ad se oratores venturos, insaniam simulans pileum sumpsit et equum cum bove iunxit ad aratrum. Quem Palamedes ut vidit, sensit simulare atque Telemachus filium eius cunis sublatum aratro ei subiecit et ait "Simulatione deposita inter coniuratos veni." Tunc Ulixes fidem dedit se venturum; ex eo Palamedi infestus fuit.

Pronomi personali;
numerali, nesso relativo;
composti di fero;
proposizioni finali,
relative, infinitive; cum
+ congiuntivo, ablativo
assoluto; periodo
ipotetico; gerundivo,
participi

SINTASSI	ad Troiam oppugnandam: <i>ut oppugnarent solum ... rediturum:</i> <i>eum rediturum esse solum</i> venturos: <i>venturos esse</i> quem ... ut vidit: <i>et cum vidit eum</i> sensit simulare: <i>sensit eum simulare</i>
LESSICO	coniuratos: <i>eos qui simul iuraverunt</i> infestus: <i>hostilis</i>
EQUIVALENZE	erat responsum: <i>oraculum datum erat</i> sensit: <i>animadvertit</i> ex eo: <i>ex eo tempore</i>

12

PRIMA DELLA GUERRA DI TROIA: IFIGENIA

IGINO

Pronomi determinativi,
nesso relativo; composti
di fero, verbi deponenti;
proposizioni relative,
temporali, infinitive;
cum + congiuntivo,
ablativo assoluto,
periodo ipotetico;
supino, gerundio

Agamemnon cum Menelao fratre Achaiae delectis ducibus Helenam uxorem Menelai, quam Alexander Paris avexerat, **repetitum** ad Troiam **cum irent**, in Aulide tempestas eos ira Dianae retinebat, quod Agamemnon **in venando** cervam eius violavit superbiusque in Dianam est locutus. Is cum **haruspices convocasset** et Calchas se **respondisset** aliter expiare non posse, nisi Iphigeniam filiam Agamemnonis **immolasset**, re audita Agamemnon recusare coepit. Tunc Ulixes eum consiliis ad rem pulchram transtulit; idem Ulixes cum Diomede **ad Iphigeniam** missus est **adducendam**, **qui cum** ad Clytaemnestram matrem eius venisset, **ementitur** Ulixes eam Achilli in coniugium dari. Quam cum in Aulidem adduxisset et parens eam immolare vellet, Diana virginem **miserata est** et caliginem eis obiecit cervamque **pro ea** supposuit Iphigeniamque per nubes in terram Tauricam detulit ibique templi sui sacerdotem fecit.

RIFLETTIAMO SUL TESTO

Agamemnon cum Menelao ... cum irent: per individuare i soggetti della proposizione principale e delle secondarie, è opportuno svolgere, prima di tutto, l'analisi del periodo; così scoprirai che quello che spesso è il soggetto apparente della principale, lo è in realtà di un'altra proposizione. Perciò, di quale frase è soggetto il sintagma *Agamemnon cum Menelao fratre*?

repetitum: si tratta di un supino attivo retto dal verbo di moto *irent*; con quale funzione logica?

in venando: equivale a (*in*) *venatione*; di che forma verbale si tratta?

haruspices: chi sono propriamente gli aruspici e qual è il fine della loro attività?

convocasset ... immolasset: queste tre forme verbali sono accomunate da un caratteristica fonetica piuttosto frequente: quale?

ad Iphigeniam adducendam: di che proposizione si tratta? In quali altri modi si può esprimere in latino la stessa subordinata?

qui cum: *et cum ii*; ancora una volta, fai attenzione alla struttura sintattica del periodo.

ementitur: puoi sottintendere *dicens*.

miserata est: da dove arriva questa forma verbale, e come si costruisce il verbo?

pro ea: *pro* + ablativo ha varie funzioni; fra le seguenti, scegli la più adeguata al contesto: in relazione a, al posto di, davanti a, a favore di.

PRIMA DELLA GUERRA DI TROIA: FILOTTETE

IGINO

Pronomi determinativi, nesso relativo; verbi semideponenti, fero, possum; proposizioni relative, causali, temporali, completive, finali; cum + congiuntivo; participio congiunto, gerundivo

Philoctetes Poeantis et Demonassae filius cum in insula Lemno esset, coluber eius pedem percussit, quem serpentem Iuno miserat, irata ei ob id, quia solus praeter ceteros ausus fuit Herculis pyram construere, cum humanum corpus est exutus et ad immortalitatem traditus. **Ob id beneficium** Hercules suas sagittas divinas ei donavit. Sed cum Achivi ex vulnere taetrum odorem ferre non possent, iussu Agamemnonis regis in Lemno expositus est cum sagittis divinis; quem expositum pastor regis Actoris nomine Iphimachus Dolopionis filius nutrit. **Quibus postea responsum** est sine Herculis sagittis Troiam capi non posse. Tunc Agamemnon Ulixem et Diomedem exploratores ad eum misit; cui persuaserunt, ut in gratiam rediret et ad expugnandam Troiam auxilio esset, eumque secum sustulerunt.

LA GUERRA DI TROIA: I FUNERALI DI ETTORE

IGINO

Pronomi determinativi, riflessivi, nesso relativo; fero e composti, composti di eo; proposizioni relative; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; participio congiunto, gerundivo

Agamemnon Briseidam Brisae sacerdotis filiam ex Moesia captivam propter formae dignitatem, quam Achilles ceperat, ab Achille abduxit eo tempore, quo Chryseida Chrysi sacerdoti Apollinis Zminthei reddidit; quam ob iram Achilles in proelium non prodibat, sed cithara in tabernaculo se exercebat. Quod cum Argivi ab Hectore fugarentur, Achilles obiurgatus a Patroclo arma sua ei tradidit, quibus ille Troianos fugavit aestimantes Achillem esse, Sarpedonemque Iovis et Europae filium occidit. Postea ipse Patroclus ab Hectore interficitur, armaque eius sunt detracta Patroclo occiso. Achilles cum Agamemnone redit in gratiam Briseidamque ei reddidit. Tum contra Hectorem cum inermis prodisset, Thetis mater a Vulcano arma ei impetravit, quae Nereides per mare attulerunt. Quibus armis ille Hectorem occidit astrictumque ad curram traxit circa muros Troianorum, quem sepeliendum cum patri nollet dare, Priamus Iovis iussu duce Mercurio in castra Danaorum venit et filii corpus auro repensum accepit, quem sepulturae tradidit.

LA GUERRA DI TROIA: L'INGANNO DEL CAVALLO DI LEGNO

IGINO

Pronomi determinativi, nesso relativo; verba imperandi; proposizioni temporali, infinitive, completive; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; participio congiunto

Achivi cum per decem annos Troiam capere non possent, Epeus monitu Minervae equum mirae magnitudinis ligneum fecit eoque sunt collecti Menelaus Ulixes Diomedes Thessander Sthenelus Acamas Thoas Machaon Neoptolemus; et in equo scripserunt DANAI MINERVAE DONO DANT, castraque transtulerunt Tenedo. Id Troiani cum viderunt arbitrati sunt hostes abisse; Priamus equum in arcem Minervae duci imperavit, feriatique magno opere ut essent, edixit; id vates Cassandra cum vociferaretur inesse hostes, fides ei habita non est. Quem in arcem cum statuissent et ipsi noctu lusu atque vino lassi obdormissent, Achivi ex equo aperto a Sinone exierunt et portarum custodes occiderunt sociosque signo dato receperunt et Troia sunt potiti.

LA GUERRA DI TROIA: LAOCOONTE

DA IGINO

Pronomi determinativi, nesso relativo; fero; proposizioni relative improprie, finali, infinitive, causali; cum + congiuntivo

Laocoon Cyprios filius Anchisae frater Apollinis sacerdos contra voluntatem Apollinis cum uxorem duxisset atque liberos procreasset, sorte ductus est, ut sacrum faceret Neptuno ad litus. Apollo occasione data a Tenedo per fluctus maris dracones misit duos qui filios eius Antiphantem et Thymbraeum necarent, quibus Laocoon cum auxilium ferre vellet, ipsum quoque nexum necaverunt. Quod Phryges idcirco factum esse putarunt, quod Laocoon hastam in equum Troianum miserit.

ODISSEA I: I LOTOFAGI E POLIFEMO

IGINO

Pronomi determinativi, dimostrativi, personali, nesso relativo; composti di fero, verbi deponenti; proposizioni relative, temporali, infinitive, complete; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; participio congiunto, gerundio

Ulixes cum ab Ilio in patriam Ithacam rediret, tempestate ad Ciconas est delatus, quorum oppidum Ismarum expugnavit praedamque sociis distribuit. Inde ad Lotophagos, homines minime malos, qui loton ex foliis florem procreatum edebant, idque cibi genus tantam suavitatem praestabat, ut, qui gustabant, oblivionem caperent domum reditionis. Ad eos socii duo missi ab Ulixes cum gustarent herbas ab eis datas, ad naves obliti sunt reverti, quos vinctos ipse reduxit. Inde ad Cyclopem Polyphemum Neptuni filium. Huic responsum erat ab augure Telemo Eurymi filio, ut caveret, ne ab Ulixes excaecaretur. Hic media fronte unum oculum habebat et carnem humanam epulabatur. Qui postquam pecus in speluncam redegerat, molem saxeam ingentem ad ianuam opponebat. Qui Ulixem cum sociis inclusit sociosque eius consumere coepit. Ulixes cum videret eius immanitati atque feritati resistere se non posse, vino, quod a Marone acceperat, eum inebriavit seque «Utin» vocari dixit. Itaque cum oculum eius trunco ardenti exureret, ille clamore suo ceteros Cyclopas convocavit eisque spelunca praeclusa dixit: «Utis me excaecat.» Illi credentes eum deridendi gratia dicere neglexerunt. At Ulixes socios suos ad pecora alligavit et ipse se ad arietem et ita exierunt.

EQUIVALENZE	Ilio: Troia delatus: vectus reditionis: reditus immanitati atque feritati: immani feritati
SINTASSI	quos vinctos: quos, postquam vinxit deridendi gratia: ut derideret (eos)
LESSICO	Utin: (greco) Neminem Utis: (greco) Nemo
DERIVAZIONI	obliti sunt: obliviscor vinctos: vincio (non è vinco)

ODISSEA II: EOLO E CIRCE

DA IGINO

Pronomi determinativi, indefiniti, nesso relativo; numerali; volo, videor, composti di fero; proposizioni relative, infinitive, temporali, interrogative indirette, ipotetiche; cum + congiuntivo, ablativo assoluto

Ad Aeolum Hellenis filium, cui ab Iove ventorum potestas fuit tradita; is Ulixem hospitio libere accepit follesque ventorum ei plenos muneri dedit. Socii vero aurum argentumque credentes se accepisse et cum secum partiri vellent, folles clam solverunt ventique evolaverunt. Rursum ad Aeolum est delatus, a quo eiectus est, quod videbatur Ulixes numen deorum infestum habere. A Laestrygonis una nave evasis in insulam Aenariam ad Circe Solis filiam, quae potione data homines in feras bestias commutabat. Ad quam Eurylochum cum viginti duobus sociis misit, quos illa ab humana specie immutavit. Eurylochus, qui non intraverat, timens, inde fugit et nuntiavit Ulixi, qui solus ad eam se contulit; sed in itinere Mercurius ei remedium dedit monstravitque, quomodo Circe deciperet. Qui postquam ad Circe venit et poculum ab ea accepit, remedium Mercurii monitu coniecit ensemque strinxit minatus, nisi socios sibi restitueret, se eam interfecturum. Tunc Circe intellexit non sine voluntate deorum id esse factum; itaque fide data se nihil tale commissuram socios eius ad pristinam formam restituit.

ODISSEA III: LA DISCESA AGLI INFERI E LE SIRENE

IGINO

Pronomi determinativi, dimostrativi, indefiniti, nesso relativo; verbi deponenti, verba iubendi; proposizioni infinitive, relative, interrogative indirette, comparative; cum + congiuntivo, participio congiunto

Inde proficiscitur ad lacum Avernum, ad inferos descendit, ibique invenit Elpenorem socium suum, quem ad Circe reliquerat, interrogavitque eum, quomodo eo pervenisset; cui Elpenor respondit se ebrium per scalam cecidisse et cervices fregisse et deprecatus est eum, cum ad superos rediret, se sepulturae traderet et sibi in tumulto gubernaculum poneret. Ibi et cum matre Anticlia est locutus de fine errationis suae. Deinde ad superos reversus Elpenorem sepelivit et gubernaculum ita, ut rogaverat, in tumulto ei fixit. Tum ad Sirenas Melpomenes Musae et Acheloi filias venit, quae partem superiorem muliebrem habebant, inferiorem autem gallinaceam. Harum fatum fuit tam diu vivere, quam diu earum cantum mortalis audiens nemo praetervectus esset. Ulixes monitus a Circe Solis filia sociis cera aures obturavit seque ad arborem malum constringi iussit et sic praetervectus est.

ODISSEA IV: I FEACI E IL RITORNO A ITACA

IGINO

Pronomi riflessivi, dimostrativi, determinativi; proposizioni relative, completive, temporali, infinitive; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; gerundivo

Inde in insulam Phaeacum venit nudusque ex arborum foliis se obruit, qua Nausicaa Alcinoi regis filia vestem ad flumen lavandam tulit. Ille erepsit e foliis et ab ea petit, ut sibi opem ferret. Illa misericordia mota pallio eum operuit et ad patrem suum eum adduxit. Alcinous hospitio liberaliter acceptum donisque decoratum in patriam Ithacam dimisit. Ira Mercurii iterum naufragium fecit. Post vicesimum annum sociis amissis solus in patriam redit, et cum ab hominibus ignoraretur domumque suam attigisset, procos, qui Penelopen in coniugium petebant, obsidentes vidit regiam seque hospitem simulavit. Et Euryclia nutrix ipsius, dum pedes ei lavat, ex cicatrice Ulixem esse cognovit. Postea procos Minerva adiutrice cum Telemacho filio et duobus servis interfecit sagittis.

●● APOLLO E DAFNE

DA SERVIO

Pronomi indefiniti, determinativi, dimostrativi, nesso relativo; verbi deponenti; proposizioni relative, infinitive, incidentali, completive, consecutive; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; participio congiunto

In Delo insula laurus Apollini consecrata est, ubi tradunt Latonam duas laurus amplexam Dianam et Apollinem enixam esse. Fabula sane de lauro talis est: Daphne Penei, vel ut alii dicunt Ladonis, filia, ab Apolline adamata est. A qua cum precibus et promissis non potuisset Apollo ut secum concumberet impetrare, vim ei adhibere conatus est, cumque eam insequeretur et illa fugiens defecisset lassata, Terrae imploravit auxilium. Quam Terra hiatu facto recepit et pro ea arborem edidit, quae Graece nomen suum retinuit, Latine laurus dicitur. Sed Apollo eam etiam mutatam ita dilexit, ut tutelae suae adscriberet efficeretque, ut propter virginitatem servatam semper viret.

●● PIRAMO E TISBE

SERVIO

Pronomi indefiniti, riflessivi, determinativi, nesso relativo; comparativi; proposizioni relative, completive, comparative, temporali, infinitive; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; gerundio, participio congiunto

Pyramus et Thisbe fuere ut forma pares, ita amore coniuncti: quos vicinos paries dividebat, cuius rima praestabat colloquium. Cum amor crevisset ad cupiditatem, placuit ut utrique noctu extra domos procederent locumque coeundi statuerent ad arborem, quae ante erat albis fructuosa pomis. Et cum prior venisset Thisbe ad locum, vidit leam. Dum mortem fugit, vestem reliquit. In qua veste fera exercuit iram suam cruorisque ferae alicuius paulo ante occisae reliquit vestigia in pallio puellae. Qua veste visa Pyramus cruentata, ratus interfectam esse Thisben, ob amorum ardorem se interfecit. Quem praegressa e latebra ut vidit Thisbe exanimem, amplexa eius corpus se interfecit. Ex quorum cruore dicitur arbor infecta: nam quae ante gerebat poma alba, nunc sanguinea.

●● LA RINASCITA DEL GENERE UMANO DALLE PIETRE

DA BERCHORIUS

Pronomi personali, dimostrativi, determinativi; composti di sum, verbi impersonali; proposizioni causali, incidentali, dichiarative, completive, relative; gerundio

Questo brano e il successivo sono tratti dall'opera Ovidius Moralizatus di Petrus Berchorius (XIV secolo) che interpreta il testo di Ovidio in chiave cristiana, utilizzando lo strumento dell'allegoria. Così le pietre che diventano uomini nel mito di Deucalione e Pirra simboleggiano i cuori induriti di coloro che hanno abbandonato le virtù cristiane, mentre la fuga di Dafne da Apollo diviene il rifiuto dell'anima di cedere al peccato.

Quia igitur humanum genus de lapidibus factum est, **ideo** corda lapidea naturaliter nobis mentisque nostrae (ut ait) in malo faciliter indurescunt. Inde genus durum sumus **experiensque** laborum. Deus quandoque mirabiliter de peccatoribus facit iustos; **constat enim quod** diluvium vitiorum quasi totum genus humanum **consumpsit**: et ideo quia iam quasi totus mundus est iustis hominibus spoliatus qui propter peccatum et per asperitates diluvii innocentiam amiserunt. Necesse est ut Deucalion, id est Christus, de ipsis lapidibus, id est de duris peccatoribus iustos **faciat ipsosque** per poenitentiam **vivificet**. Sed quomodo hoc fiet? Certe ipsos lapides **retro se** prociendo, id est ipsos duros peccatores. Saepe enim **fit quod** homo lapideus et obstinatus ex tribulatione et deiectione poenitere compellitur et **per contritionem** emollitur in hominem pium.

Quia ... ideo: qual è la relazione tra questi due termini nel periodo? È necessario tradurli entrambi?

experiens: il significato del termine è molto vicino a quello di *patiens*; da non confondere con *expers*, che invece significa...?

constat ... quod ... consumpsit: da espressioni di questo tipo si può capire che ci troviamo di fronte a un testo il cui latino non è propriamente classico, ma si avvicina già a quello che sarebbe diventato il volgare italiano; così *constat* non regge qui una proposizione infinitiva, ma *quod* + indicativo, che anticipa l'italiano "che" seguito da una proposizione esplicita;

de duris peccatoribus iustos faciat: anche in questo caso un latino più classico avrebbe reso diversamente l'espressione: per esempio con il predicativo dell'oggetto (*duros peccatores faciat iustos*); **retro se:** come avrebbe potuto dire invece, per esempio, Cicerone?

fit quod: invece che da *quod*, da quale congiunzione subordinante è solitamente introdotta una proposizione completiva retta da *fit*?

per contritionem: di che complemento si tratta? È reso nella maniera più classica?

24

●●○ APOLLO E DAFNE

DA BERCHORIS

Pronomi dimostrativi, determinativi, riflessivi; possum, fio; proposizioni finali, infinitive, interrogative indirette, complete; cum + congiuntivo; gerundio, participio congiunto

Phoebus iste potest significare diabolium, Daphne animam christianam: animam scilicet per tentationes non cessat allicere ut eam per malum consensum subiuguet et subiiciat et per peccatum destruat et corrumpat. Sed ipsa debet fugere occasiones peccati, temptationes vitando, et debet rogare deam terrae, id est Christum, ut eam de manibus eius eripiat formam aliam sibi dando. Et sic pro certo debet fieri laurus, id est religiosa persona virtuosa et perfecta, pedes bonorum gressuum radicaliter figendo, corticem poenitentiae induendo et ramos bonarum affectionum acquirendo, et virorum honestae conversationis nunquam deponendo. Sic enim mutata istius Phoebi cupidinem non timebit et integritatem mentis et corporis retinebit. Sic dicitur accidisse in Anglia de quadam monacha, quam cum rex terrae vellet habere et ipsam incessanter rogaret, petiit illa quid esset in ipsa quod ipse tantum diligeret. Rex vero asservit pulchritudinem oculorum: illa autem domum pergens oculos eruit et regi ut sedaret eius concupiscentiam transmisit.

25

●●● GLI DEI DEGLI "ALTRI": L'ORACOLO DI AMMONE

CURZIO RUFO

Pronomi determinativi, dimostrativi, indefiniti; composti di eo, verbi deponenti; proposizioni consecutive, finali, relative, temporali, infinitive, interrogative indirette; ablativo assoluto

A Memphi eodem flumine [Alexander] vectus ad interiora Aegypti penetrat, compositisque rebus ita ut nihil ex patrio Aegyptiorum more mutaret, adire Iovis Hammonis oraculum statuit. Id quod pro deo colitur, non eandem effigiem habet, quam vulgo diis artifices accommodaverunt. Umbilico maxime similis est habitus, zmaragdo et gemmis coagmentatus. Hunc, cum responsum petitur, navigio aurato gestant sacerdotes multis argenteis pateris ab utroque navigii latere pendentibus: sequuntur matronae virginesque, patrio more inconditum quoddam carmen canentes quo propitiari Iovem credunt, ut certum edat oraculum. At tum quidem regem propius adeuntem maximus natu e sacerdotibus filium appellat, hoc nomen illi parentem Iovem reddere adfirmans. Ille se vero, et accipere ait et adgnosceret, humanae sortis oblitus. Consuluit deinde, an totius orbis imperium fati sibi destinaret pater; is aequè in adulationem compositus terrarum omnium rectorem fore ostendit.

POPOLAZIONI MITICHE: LE AMAZZONI E LA LORO REGINA

CURZIO RUFO

Pronomi indefiniti, dimostrativi, riflessivi; composti di eo; proposizioni relative, temporali, finali, infinitive; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; participio congiunto, gerundio, gerundivo

Erat, ut supra dictum est, Hyrcaniae finitima gens Amazonum, circa Thermodonta amnem Themiscyrae incolentium campos. Reginam habebant Thalestrin, omnibus inter Caucasum montem et Phasin amnem imperitantem. Haec cupidine visendi regis accensa finibus regni sui excessit et, cum haud procul abesset, praemisit indicantes venisse reginam adeundi eius cognoscendique avidam. Protinus facta potestate veniendi, ceteris iussis subsistere trecentis feminarum comitata processit, atque, ut primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiluit duas lanceas dextera praefrens. Vestis non toto Amazonum corpori obducitur: nam laeva pars ad pectus est nuda, cetera deinde velantur. Nec tamen sinus vestis, quem nodo colligunt, infra genua descendit. Altera papilla intacta servatur, qua muliebris sexus liberos alant: aduritur dextera, ut arcus facilius intendant et tela vibrent.

SINTASSI	cupidine visendi regis accensa: <i>cupiens regem visere</i> adeundi eius cognoscendique avidam: <i>cupiens adire ad eum et eum cognoscere</i> qua ... alant: <i>ut alant eā</i>
EQUIVALENZE	cum haud procul abesset: <i>cum esset prope</i> indicantes: <i>homines nuntiatiuros</i> Vestis non toto ... corpori obducitur: <i>Vestis totum corpus non tegit</i> praefrens: <i>ferens prae se</i>
MORFOLOGIA	feminarum: genitivo partitivo
LESSICO	laeva: sinistra

IL MITO DELLA FONDAZIONE DI ROMA I

FLORO

Pronomi dimostrativi, riflessivi; verbi deponenti; proposizioni temporali, causali; ablativo assoluto, participio congiunto

Primus ille et urbis et imperii conditor Romulus fuit, Marte genitus et Rhea Silvia. Hoc de se sacerdos grava confessa est, nec mox Fama dubitavit, cum Amulii regis imperio abiectus in profluentem cum Remo fratre non potuit extinguere, si quidem et Tiberinus amnem repressit, et relictis catulis lupa secuta vagitum ubera admovit infantibus matremque se gessit. Sic repertos apud arborem Faustulus regii gregis pastor tulit in casam atque educavit. Alba tunc erat Latio caput, Iuli opus; nam Lavinium patris Aeneae contempserat. Ab his Amulius iam septima subole regnabat, fratre pulso Numitore, cuius ex filia Romulus.

●●○ IL MITO DELLA FONDAZIONE DI ROMA II

FLORO

Pronomi determinativi, interrogativi, dimostrativi; verbi deponenti, videor; proposizioni relative, interrogative indirette, infinitive, temporali

Igitur statim prima iuventae face patrum ab arce deturbat, avum reponit. Ipse fulminis amator et montium, apud quod erat educatus, moenia novae urbis agitabat. Gemini erant; uter auspicaretur et reget, adhibere placuit deos. Remus montem Aventinum, hic Palatinum occupat. Prior ille sex vultures, hic postea, sed duodecim vidit. Sic victor augurio urbem excitat, plenus spei bellatricem fore; id adusetae sanguine et praeda aves pollicebantur. Ad tutelam novae urbis sufficere vallum videbatur, cuius dum angustias Remus increpat saltu, dubium an iussu fratris, occisus est: prima certe victima fuit munitionemque urbis novae sanguine suo consecravit.

●●○ GLI DÈI DEI GERMANI

TACITO

Pronomi dimostrativi, determinativi, indefiniti; verbi deponenti, doceo; proposizioni relative, dichiarative, infinitive

Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem et Martem concessis animalibus placent. Pars Sueborum et Isidi sacrificat: unde causa et origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum liburnae figuratum docet advectam religionem. Ceterum nec cohibere parietibus deos neque in ullam humani oris speciem adsimulare ex magnitudine caelestium arbitrantur: lucos ac nemora consecrant deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident. (...) Apud Naharvalos antiquae religionis lucus ostenditur. Praesidet sacerdos muliebri ornatu, sed deos interpretatione Romana Castorem Pollucemque memorant. Ea vis numini, nomen Alcis. Nulla simulacra, nullum peregrinae superstitionis vestigium; ut fratres tamen, ut iuvenes venerantur.

●●○ L'UTILITÀ E LA COMUNE OPINIONE CREANO LE DIVINITÀ

CICERONE

Pronomi determinativi, indefiniti, dimostrativi, nesso relativo; proposizioni finali, relative, infinitive; cum + congiuntivo

Utilitatum igitur magnitudine constituti sunt ei di qui utilitates quasque gignebant. Suscepit autem vita hominum consuetudoque communis ut beneficiis excellentes viros in caelum fama ac voluntate tollerent, hinc Hercules hinc Castor et Pollux hinc Aesculapius hinc Liber etiam (hunc dico Liberum Semela natum, non eum quem nostri maiores auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt), hunc etiam Romulum, quem quidam eundem esse Quirinum putant. Quorum cum remanerent animi atque aeternitate fruere, rite di sunt habiti, cum et optimi essent et aeterni. Ex alia quoque ratione magna fluxit multitudo deorum, qui, induti specie humana, fabulas poetis suppeditaverunt, hominum autem vitam superstitione omni refererunt.

●●○ AMORE E PSICHE I

APULEIO

Pronomi determinativi, dimostrativi, superlativi; proposizioni temporali, relative; participio

I brani seguenti ritraggono il momento in cui Psiche, cedendo alla curiosità, osserva alla luce della lucerna il dio Amore, che da tempo la visitava di notte come amante e le aveva intimato di non guardarlo, per non rivelare la propria identità. Apuleio mostra tutta la sua abilità nel rendere lo stupore della fanciulla all'inaspettata scoperta.

Cum primum luminis oblatione tori secreta claruerunt, videt omnium ferarum mitissimam dulcissimamque bestiam, ipsum illum Cupidinem formosum deum formosae cubantem, cuius aspectu lucernae quoque lumen hilaratum increbruit et acuminis sacrilegi novaculam paenitebat. At vero Psyche, tanto aspectu deterrita et impos animi marcido pallore defecta tremensque desedit in imos poplites et ferrum quaerit abscondere, sed in suo pectore. Iamque lassa, salute defecta, dum saepius divini vultus intuetur pulchritudinem, recreatur animi. Videt capitis aurei genialem caesariem ambrosia temulentam, cervices lacteas genasque purpureas, pererrantes crinium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos, quorum splendore nimio fulgurante iam et ipsum lumen lucernae vacillabat.

●●○ AMORE E PSICHE II

APULEIO

Nesso relativo, comparativi; verbi assolutamente impersonali; proposizioni concessive, infinitive, temporali, consecutive; ablativo assoluto

Per umeros volatilis dei pinnae roscidae micanti flore candicant et quamvis alis quiescentibus extimae plumulae tenellae ac delicatae tremule resultantes inquieta lasciviunt; ceterum corpus glabellum atque luculentum et quale peperisse Venerem non paeniteret. Ante lectuli pedes iacebant arcus et pharetra et sagittae, magni dei propitia tela. Quae dum insatiabili animo Psyche, satis et curiosa, rimatur atque pertrecat et mariti sui miratur arma, depromit unam de pharetra sagittam et punctu pollicis extremam aciem periclitabunda tremens etiam nunc articuli nisu fortiore pupugit altius, ut per summam cutem roraverint parvulae sanguinis rosei guttae. Sic ignara Psyche sponte in Amoris incidit amorem.

●●○ NUMA POMPILIO ISTITUISCE IL CULTO DELLA DEA VESTA

APULEIO

Pronomi determinativi, dimostrativi, indefiniti; numerali, superlativi; proposizioni concessive, relative, causali, infinitive, finali; gerundivo

Tum sacerdotibus creandis animum adiecit, quamquam ipse plurima sacra obibat, ea maxime quae nunc ad Dialem flaminem pertinent. Sed quia in civitate bellicosa plures Romuli quam Numae similes reges putabat fore iturosque ipsos ad bella, ne sacra regiae vicis desererentur, flaminem Iovi adsiduum sacerdotem creavit insignique eum veste et curuli regia sella adornavit. Huic duos flamines adiecit, Marti unum, alterum Quirino, virginesque Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium et genti conditoris haud alienum. His ut adsiduae templi antistites essent stipendium de publico statuit; virginitate aliisque caerimoniis venerabiles ac sanctas fecit.